



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Eulogius M. SS. MM. Antiocheni S. Vindicianus. Epis. 1[1]. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Eulogius M. SS. MM. Antiochen
S. Vindicianus. Epif 1. Mart.



Charitas proximi.

Per amorem hominis inimici effici-
eris amicus & filius Dei August.

Accepta tibi sit Dne nostra devo-
tio. & S. Eulogij M. tui SS. MM. Anti-
ochenorum; S. Vindiciani Epif. fiat sup-
plicatione salutaris, pro cuius (quo-
rum solemnitate defertur Per V. N.
Iesum Chr. &c.

Ora pro inimicis reconciliandis, &

1. S. Eulogius Presb. Cordubæ in
Hispania præclarus Christi athleta, po-
pularibus suis in persecutione Arabum
prætulit confessioni vexillum, &
plurimos ex iisdem ad coronam perdu-
xit, demum etiam iisdem adiungi mer-
uit, quorum pro fide certamina scriben-
do iam ante fuerat æmulatus.

2. BB. Antiocheni MM. sub Maxi-
miano craticulis &c. instrumento pal-
mas adepti, suo in choro eminentem
recenset matronam Pelagiam hæc e-
nim ad supplicia pro fide dum Antio-
chiam cum 2. filiabus ducitur, pudori
earum metuens, in flumen cum iisdem,
tanquam in vehiculum æternitatis
tutum, defiliit, & Venerem in suo reg-
no aggressæ, dæmonem vna Impera-
toremque deuicerunt.

3. S. Vindicianus Episcopus Attrebatensis, ea
fuit sanctitatis fama, ut cum ex hac
vita decessisset consputans sepulch-
rum puniretur.